



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 102. Pricipum molimina in dividenda Hispaniæ Monarchia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](#)

ad maximam Ecclesiæ gloriā, po-
pulique salutem tandem exaudiit.

Sæc. XVII.
A. C. 1700.

§. CII.

Principum molimina in dividenda Hi- spaniæ Monarchia.

Cum Caroli II. Hispaniarum Regis in-
firmitas magis indies ingravesce-
ret, proin omnis suscipienda proliſ ſpes *Hode Hift.
de Louis* lib. 53.
abeffet, Franciæ & Angliæ Reges, *Wagner vit.*
necnon Batavi de futuro Successore *Leopold.*
anxiis agitabantur curis, ac primo in- *lib. 16.*
clinabant in Josephum Ferdinandum *Theatr. Eu-
rop.*
Bavariæ Ducem, eoquod hic ex Anna
Antonia, cuius Mater Margaretha The-
refia Philippi IV. Hispaniarum Regis
Filia, & Carolus Rex eundem ante
biennium totius Monarchiæ Hispаниæ
testamenti tabulis hæredem ſcripſiſſet,
natus eſſet: Huic etiam favebant Fer-
dinandus Portocarrerus Cardinalis ac
Toletanus Archiepiscopus, Proceres,
Regiusque Senatus: Jamjam omnia ad
trajiciendum in Hispaniam Principem
Bavarum parabantur, cum septennis
anno priori, ut memoravimus, Bru-
xellis tristi morte extingueretur: Com-
perto hoc fato Leopoldus Imperator
Harrachium Comitem ad Hispaniæ Re-
gem decrevit, eo confilio, ut Rex Ca-
rolum Austriæ Archiducem Cæſaris Fi-
Hift. Eccles. Tom. LXVI. Pp lium

Sæc. XVII. lium ex Maria Theresia pariter Hispani
A. C. 1700. Regis Sorore progenitum Hispaniæ hæ-
redem scriberet, cum post Bavari obi-
tum ejus jus nulla ex parte controver-
sum esset: Ast Carolus Rex se desuper
deliberaturum respondit, nec antea
deliberandi, quam vivendi finem fecit:
Insuper Austriacis parum favebant Pro-
ceres, totis viribus obstabant Galli,
Angliæ Rex autem & Batavi obtende-
bant timorem belli, quod Galli, ut jus
suum contra Austriam prosequerentur,
absdubio moturi essent; Ludovicus e-
nim Franciæ Rex totus in eo erat, ut
everso Archiducis jure, Borbonio Prin-
cipi Filio suo ex Maria Theresia itidem
Hispaniæ Regis Sorore nato Monar-
chiam Hispamicam affereret, quamvis
præfata Maria Theresia, dum Franciæ
Regi nupserat, juri suo in Hispaniæ
successionem solemnni pacto renuntiasset,
ejusque cessio per publicas pacis Pyr-
reneæ tabulas, ac Philippi IV. Testa-
mentum confirmata fuisset. Jam du-
dum Galli, Angli & Batavi Oratores
sub specioso belli prævertendi obtenu-
Hispanam Monarchiam diviserant, &
quidem primo in arce Loensi Delphino
utramque Siciliam, Sardiniam, Etru-
sci portus, Finarium cum Cantabria,
Archiduci Mediolanum, & Bavarо
tunc nondum mortuo reliquam Hispa-
niam,

niam assignabant: paulopost Archiduci Sæc. XVII.
 Hispaniæ Regnum cum America, & A.C. 1700.
 Delphino Navarram, Mediolanum, &
 Belgium adjecere, ac denique hoc an-
 no die tertia Maij insuper Delphino
 Herculeum, Orbitellum, Plumbinum,
 Portumlongum, Telamonium, Fonta-
 rabiam, & SS. Sebastiani & Stephani
 oppida, Lotharingiæ Duci Mediolanum,
 cetera vero Archiduci attribuebant.
 Has partitiones Franciæ Rex ratas ha-
 bere simulabat, reipsa tamen, Cæsare
 semel ab hæreditate excluso integrum
 Hispaniæ Monarchiam spe suisque con-
 filis devoraverat: Minus etiam Inno-
 centio XII. Pontifici probabantur hæc
 divisionis pacta, sibi per Monaciensem
 Principem Oratorem Gallicum expo-
 sita, ac ipsem Carlus Hispaniæ Rex
 vehementissime querebatur, quod ex-
 teri Principes sibi adhucdum vivo ve-
 stes exuere, de suis bonis testandi fa-
 cultatem eripere attentent, *etiam si forte,*
inquietabat Rex, Deus subditorum meo-
rum pro Regni hærede supplicantum preces
& vota exaudire detrectet, mihi tamen li-
berum sit, ejusmodi hæredem nominare,
qui se se contra hosce usurpatores tuendo
par erit.